oportunis ut predo reſtituat. cōſumpta reſtituere
non tenetur. Sub. 2. etiam caſu continentur qui
ſciūt vel probabiliter credunt qꝫ ꝑpter ipſorum
ſequelam ſeu aſſociacōnem cum raptoribus vel
conſilium adulacionem vel detractōem non pl⁹
fecerunt ipſi raptores q̄ꝫ alias eēnt facturi. ⁊ ta
men de raptis aliq̄t habuerunt ⁊ expēderunt. ta
les tenentur de eiſdem reſtituere habitis vel ex
penſis. et etiam de omni dampno quod ipſi vel
aliq̄ de familia ſua fecerūt directe ł occaſionalit.

Tercius quādo plures faciūt dampnum ſimul et tamen vnus ſine alio vel plures ſine iſto feciſſent talis tenetur ſoluere pro rata vel pro porcōne ſua. hoc eſt quātum contingit eum de dampno vniuerſo. ſi non poteſt diſtingui dāpnum qd ipſe intulit ab eo qd alii intulerūt. In hoc tñ exiſtimacō haben da eſt vt qui ſtrēnuior ē. et qui maiorem timorē incuſſit hoſtibus: etiam plus teneatur. Similiter in caſu quādo aliqui aſſociantur raptoribus et credunt quod etiam ſine ſuo adiutorio vel inſtigacō ne dampnum feciſſent. ſz non tantū tenētur ad illud qd probabiliter credunt eos feciſſe propter ſu am inſtigacōnem vel adiutoriū. ¶ Quartus ſi qui aſſociantur raptoribus et nō cooperantur eis ad a liqd dampnum faciendū. ſunt tamen aīo pati defendē ſi forſan illi ſpoliādi res ſuas a pdombus defendere voluiſſent. et propter ſuam pñciam et ſo cio℞ eius nō audebāt reſiſtere ſpoliātibus. vel do mos ſuas incendētibus. Et ſi ſic ſe quis aſſociauit. nō poteſt eē liber a reſtitucōne. ymmo ſi aliqui animo pacificādi vadunt cum raptoribus non excuſantur. niſi hoc ſignificēt aduerſariis. quia alias aduerſarii timore eo℞ nō audēt res ſuas de fendē. vnde idem eſt ac ſi inuarent. Secus ſi intiā uerunt aduerſariis quia tūc vident eſſe in pmo caſu. ¶ Quintus qui ſit cauſa tocius dampni tene tur inſolidum vel de toto dampno. Similit in caſu

quo plures fuerit raptores quoꝝ null⁹ induxit
alium ad eūdū nec erat aliquis dn̄s alteri⁹. ſ; q̄
libet pro ſe dicit Rap. ſi vadunt ſimul. quaſi ſit
vnus exercitus: quilib; tenetur inſolidum quia in
tali caſu quilib; iuuat alios ⁊ facit eos fortiores
⁊ omnes ſunt coopatores. alias ſi non iuerūt ſiml'
ſ; quilib; ſepatim ꝑ ſe faciebat dāpnum. quilib;
tenetur ꝑ eo qd fecit. Intellige ſm vlricum qd
iam dictum eſt. qn̄ vnus ſine alio nō audet vel
non poſſet dāpnum facere qd iam dictū eſt. Ali
as quilib; tenetur tātū ꝑ parte dāpni qd intulit
Nota etiā ꝙ res furtiua vel rapta reſtitui d;. cū
omnibus fructib⁹ ⁊ lucris que pcepta ſunt et p
cipi potuiſſent ꝙ tenentur ad intereſſe ⁊ ad oīa
dampna. nec excuſatur ſi res apud eum peat. ꝙ
fuit in mora reſtituendi. Si tamen dn̄o obtuliſſet
⁊ ille noluit acceptare: excuſatur. ¶ Preterea
de quacumque dampnificatione vbi reſtitutio
facienda eſt. ꝙ dampnificans non tantum tene
tur ad reſtituendū rem: ſ; etiam tenetur de inter
eſſe id eſt de vitatione dampni. ⁊ ad fructum per
ceptum de re ſi res erat fructifera. non tamē ad
fructum q̄ prouenit ex induſtria eius qui vtitur il
la re. Vnde vſurarius vel alius dampnificans a
lium preſtando vſuras. et pauper coactus eſt
vendere minus bladum ſuum. vel aliquis per
diderit lucrari vel mercatori lucrū quo viuebat

cum eſſet opari⁹ expenſas medicoꝝ·dampna o
peraꝝ·⁊ ſimiliter tenetur de intereſſe·niſi rogatu
dampnificantis.Dampnificat⁹ voluntarie libere
remittat.Non tñ tenetur vſurarius pecunias ꝉ
acquiſitũ ꝑ pecuniam fenebrem reſtituere.ſꝫ fen⁹
ſeu pecuniam quã ꝑ vſuram ipam habuit.Jñ eti
am dicit vlricus ꝙ qui ſemina agri alicui⁹ effodit
vel qui alteri infert dampnum ꝑ hoc ꝙ nõ ſoluit
debitũ ſuo tpe·ꝙuis nõ qdē tenetur ad reſtituē
dũ dampnũ totũ·qꝛ dubiũ i hijs ē qualiter fru
ct⁹ agri ꝓficiſſent.Et an mercator dãpnũ ꝉ lucꝝ
in mercacõne huiſſet·ſꝫ reſtituet tantũ ꝙtũ fru
ct⁹ agri i illo dubio vēdi potuiſſent ꝉ ꝑ ꝙto mer
catori illo dubio lucꝝ ſuũ vēdidiſſꝫ.Tenet igit
ſecũdũ eundē vlricum ad reſtitucõnem iſte qui
aliquem impedit a conſecucõne cuiuſcũqꝫ mune
ris qđ honeſte recipet ab alio.Jtem ſm thomã.
Qui impedit aliquē a conſecutione beneficij iniu
ſte vel ꝓpter odium vel vindictam·aut aliquid
huiuſmodi.Si impedit ne prebēda detur digno
conſulens ꝙ non detur anꝙ firmatũ ſit ꝙ ei detꝛ
tenetur non quidem ad equale·quia illud non
fuit adeptus ⁊ poterat multipliciter impediri·ſꝫ
tenetur ad aliqꝙ reconpēſacõnem·penſatis con
dicõnibus pſonarum ⁊ negocioꝝ ſm arbitrium
ſapientis.Si vero iam firmatũ ſit ꝙ alicui detur
prebenda:tenetur ad reſtitucõnem equalis tñ

ſcd̄m ſuā facultatē. Addit. Scot⁹ ꝙ ſi quis tātū
modo ꝓprie vtilitati intēdebat ꝓuidere impediē
do directe vl' indirecte aliū in prebenda vl' ſimili
⁊ ſic ꝓcurat ſibi nō intencione dampnificādi ali
um vel ex inuidia licet alius preter intēcōem dā
pnificetur talis ad nichil reſtituēdum tenetur.
Quādo vero i bello dn̄orum a ſubditis aliqua ra
piūtur quomō ibi ſit r̄ſtituendū. Notādū ꝙ ad
hoc ꝙ bellū ſit iuſtum .v. reqruntur. Perſona ſcʒ
ſecularis nō ecc̄. Cauſa .v. ut ꝓpt̄ neceſſitatē et vt
pax habeatur pugnetur. Anim⁹ ut non fiat ex
odio inuidia vl cōne vl' cupiditate ſed ꝓpter ca
ritatem iuſticiam ⁊ obedientiam. Auctoritas ec
cleſie vl' principis. Et res .v. ut ſit pro reb⁹ repe
tendis vl' ꝓ defenſione patrie. Quāuis igit̄ dicat
wilh. in gloſa. Bellū ſit iuſtum i .x. primis ſi ta
mē res ſubſit ꝙ ꝓ rebus repetendis factum eſt
nō tenetur qui mouit bellum r̄ſtituē quod ibi ce
pit niſi cepit vel dampnificauerit aduerſariū ſu
um vltra ꝙ̄ habundat ille de ſuo iniuſte aut dā
pnificauerat eum ⁊ hoc dico ſcd̄m iudicium fori
pn̄ialis. Concor. vlri. in ſūma.

¶ Sequitur. Capl'm. Quartū.

Quando vero ſeu quo tēpore et ad ꝙ̄ ſtati
teneatur quis reſtituere. Notande ſūt .3.
regule. Scoti. Prima nō licet aliquo tēpo
re detinē alienū dn̄o inuito .v. nolente ⁊ ſm rām

racõnem nolle debente. Et p ↄñs regulariter ſtatī facienda eſt reſtitucõ eadem racõne. qua ſtatim ceſſandum eſt ab actu pcĩ mortalis. nõ tamen a ctu exteriori ſ; interiori. Ideo leuitici. 19. Non morabitur opus mercenarij apud te vſq; mane. Item alia racõne. quia ſi retineo rem tuam: pl9 impedio te in vſu eius q̄ſi ſi frequēter eam ſubtraherem. Scđa regula. Quicumq; detinet vel accipit rem alienam inuito domino. tenetur affectu ſtatim reſtituere. et tenetur habē ꝓpoſitū ſi vult eē cōtritus reſtituendi pro poſſe cum circūſtanciijs oportunis. Tercia regula In caſib9 multis licet differre reſtitucõnem exteriorem. poſita tñ iam interiori voluntate reſtituendi. cum ſcilicet cõcurrunt circumſtantie oportune. Illi autē; caſus ↄtinentur vniuerſaliter in hac maxima. lic; rem detinere alienam quādo ille d; velle racõnabiliter detinei ab alio de facto. poſita iam tamē volūtate ꝛ̄ſtituendi cum circumſtancijs oportuis. Et hoc ↄtingit in. 7. caſibus. p̄mus quādo detinēs non poteſt reſtituē ꝓpter pauptatem. quia tunc nõ tenet̄ ſed cum veneit ad pinguiorem fortunā deb; tamen petē interim dilacõnem a domino rei ſi habei poteſt. Scđus caſus eſt quādo reſtitucõ ſtatim facta cedēt in p̄iudicium coitatis. vel etiā eius cui fiei poſſet. vt furioſo gladius reſtitui nõ deb;. q2 a ſe aut ↄitatem ledēt vel dominum rei

Tercius qn̄ ꝯſtitucō ſtati facta cederet ꝓpter oc
cultā ablacōez in īfamiā ꝯſtituētis·non enim tūc
ſtatī ſe ipe dāpnificās tenet leſo ꝓdē ꝫ per ali
ū ꝓ loco ꝛ tēpe reſtituē deb; qꝛ magis d; q̄s vel
le famā ꝓpri ꝙ illd ꝯmodū ſuū modicū.ꝭ.qn̄ re
ſtitucō ſtatī facta i nullū ā modicū ceder; ꝯmodū
eiūs cui debetur et in iacturā ſeu nōbile dāpnū de
bitoris·vn̄ quādo quīs agit in remotis partibꝰ
cui faciēda eſſet reſtitucō tunc nō eſt maior ſūp
tus ponendus in miſſiōe ꝙ valeat id quod mit
titur ſed expectāda eſt preſencia perſone ſi quā
do credatur haberi ł ſi nō credatur haberi ꝛ nec
nunciꝰ ſuperueniat ſine nimijs ſumptibus tradē
duin eſt pentibus q̄ ſi nō aſſint dandum ē pau
peribus. Similiter ſi neſcitur vbi ſint nec ſperat
ꝙ de facili ſciri poſſit detur pauperibꝰ. Si autē ſci
tur ꝛ prefata nō obſtāt mittatur ei fideliter ꝛ ſe
cure. Quod intellige faciēdū eſſe quādo ꝯmode
fieri pōt quia in tali caſu pēſande ſunt circūſtan
cie ſc; quātitas rei debite remocō loci expēſe que
fierēt ꝓ mittendo ꝛ pauptas ł diuitie illius cui
facienda eſt reſtitucō quia tā modica poſſet eſſe
rei reſtituende ſūma ꝛ tante expenſe que fierent
in mittendo et tam diues ille cui facienda eſt re
ſtitucio ꝙ nullo modo deberet velle pro re tam
modica proximum tantum grauare et tunc nō
oportet ꝙ mittatur. Et in talibus ad arbitrium

boni viri recurrẽdum eſt. Quintus caſus eſt ſm̄
Hẽricũ de gan. q̈dlib. 6. q. 28. vt dicit. quãdo ex
ſpectat quis maiorem oportunitatẽ reſtituendi. q̄
licitum eſt nõ ſtatim reſtituere vt ſi ille cui faciẽ
da eſt reſtitucõ ignoret debitum. Scotus etiã di.
Quãdo quis volũtatem habet reſtituendi pro
tp̄e oportuno. ex tunc tenꝫ dño volẽte. et ſi nõ ac
tu illicito: tamẽ actu debito quia dñs dꝫ velle ꝙ
qui ſuum habet teneat quouſqꝫ poſſit reddere
oportune. ¶Circa tp᷒ reſtituẽdi quo ad vſura
rios manifeſtos et raptores publicos ſũt duo ſpe
cialia dicit pe. pa. Debent enim vſurarij manife
ſti reſtituere. vel ydonee cauere de reſtituendo ã
te ↄfeſſionem et eukariſtiam et oblacõnem ad al
tare. quia vſurarioꝝ manifeſtoꝝ nõ eſt cõfeſſio
admittenda. quouſqꝫ ſatiſfecerint. Cum tamen
aliorum furum et raptoꝝ ſufficiat ꝓpoſitum. vel
verbalis promiſſio Extra de vſuris. c. vl. Ante ſe
pulturã: quia non debẽt ſepeliri ꝙ̄uis penituerit
anteꝙ̄ ſatiſfecerint. De raptorib᷒ etiã publicis et
violatoribus eccłiaꝝ eſt aliud ſpãle. quia in vita
nõ ſũt admittẽdi ad penitentiam quouſqꝫ ſatiſ
fecerint vel ſecuritatẽ dederint. Nec aliter in mor
te. quia etiam data in mortalitate quãdo in ſanitate
noluerint ſepultura quidẽ ↄceditur. ſꝫ cleric᷒ int̃
eſſe ꝓhibet̃ ſb̄ pena depoſitiõnis. et ꝓhibet̃ obla
cõnẽ recipe Ex̄ de raptoribꝫ. c. 2. ſit. ¶Capi. 7.

NVnc vbi ſeu cui ſit faciēda reſtitucō docʒ
pe·de·pa·dicens ꝙ regulariť illi cui abla
ta eſt res que reſtitucōi ſubiacet reſtitui
debet. ¶Fallit tamē hoc in caſibus·8·Primo quan
do ꝛ ipſe cuiꝰ res fuit peccauit ut in ludo et ſymo
nia ꝛ quōmodocūqꝫ ob turpem cauſā qꝛ in pari
cauſa turpitudinis melioꝛ eſt cōditio poſſidentis
de ludo tamē·alee ꝟ qui viribus fortune innitur
dicit idem pe· q̄dam dicunt ꝙ ludere ad taxillos
intellige ꝓ notabili re eſt peccatū mortale laycis
ꝛ clericis vñ·s·Bern·Ego te acquiſiui manibus
cruci affixis ꝛ tu te cōſumis manibus vicijs dedi
catis nec hāc opinionē pe·improbat· Sꝫ an iſte
qui lucratur teneať ad ꝛ̄ſtitucōem: diſtinguēdū
eſt qꝛ aut lucratus ē ab eo qui rem ſuam aliena
re nō poteſt ſicut ſūt minores et furioſi monachi
vľ clerici ꝛ ſimiles·Aut ab eo quē traxit ad lude
dū·Dicitꝰ aūt trahē aliū in ꝓpoito ſcdm·Joh·in
ſūma q̄ p vim ľ nimiā importunitatem aliū ad lu
dū ponit vľ ſm·Bartho·de piſ·Quicūqꝫ verbis
vel factis inducit aliū cū alias non eſſet luſurus
Induxit in q̄ ſiue in pricipio ſiue in medio ludi
aut lucratꝰ ē ab eo cum quo fraudulēter luſit p
falſos teſſeres·iactꝰ ꝛ ſimilia·Et iſti tres moi lu
dendi ſūt ꝓhibiti·iuē etiā d̄mo ſm ſcm tho·2·2·q·
·32·ar·Λ·Et q̄lib; hoꝝ triū teneť reſtituē lucꝝ do
mino pñcipali rei maleobtēte ſm oēs doc· cōiť

Aut lucratus eſt ab eo qui lucrantē traxerat ad ludendum. Et in iſto caſu dicit. s. Tho. ſic Jlle q̄ amiſit nō eſt dign⁹ recipe. nec poteſt licite ꝛtinē vbi ius poſitiuū ſeruat̄ de ꝛ̄ſtituēdo. ſ. vn̄ dꝫ de hoc eł'iam facere. Aut lucratus eſt ab aliquo vbi vo luntarius cum voluntario ſine fraude luſit. pꝺen te ad ſua habente ptātem alienādi. ⁊ tūc ꝙuis ſe cundū tucōrem ⁊ ꝯiorem opinionem debeat lucꝝ in elemoſinam paupibus dare ⁊ retinere non de beat tn̄ ſm multos famoſos retinē poteſt ſine pe riculo ſalutis anime. Ad hoc ſunt doctores quoꝝ opinioēꝫ referūt tam monaldus ꝙ aſtaxanus in ſummis ſuis. Jtem vt videtur. s. tho. tam i. ꝗ. di. i⁊. ꝙ. 2. 2. ꝗ. vbi. ſupra quē ad hoc aſtax. alle gat vbi ſaltem nō ſeruantur leges aut conſuetu do reſtituē nō iubet. Jtem allexander anglicus. Jtem Ricħ. de me vil. tenet idem eſſe verum ⁊ ꝓ babile di. i⁊. Jtem Joħ. andre. extra de vi. ⁊ ho. decicorum allegando roborat eanꝺ opinionem Jtem idem fran. de zaƀ. di. poſſet inquit defendi ꝙ nō omnino tenetur talis paupibus reſtituere. quia ꝯſuetudo potuit dn̄m pꝺctis inuincētem trāſ ferre. Si quis aūt tātū pdidit quātū eſt lucrat⁹ vel plus: an teneatur reſtituē. Quidam dicūt ꝙ ſic. alij ꝙ nō. De pecunia aūt ſymoniace acce pta Nota ſm Ray. ⁊ wil. ꝙ tripliciter contingit hoc Aut datur pro religione Aut pro beneficio

aut ꝑ ordíme. Si ꝑ religione q̊ intrauit ꝛligionē
a ſic nō poteſt manere in ea ſed ibit ad artiorē ꝉ
ſaltem non manebit in eodē monaſterio ſꝫ intra
bit aliud monaſteriū et illi aſſignabit illa pecu
nia ne ſit ei onerosꝰ aut remāſit dans in ſeculo ꝉ
poſt introitum rediit ad ſeculum ꝉ mortuus eſt
tūc nō ꝛddet ſibi illa pecunia. Sed nūqꝫ mona
ſterium retinebit eam. Reſ. aut abbas cum colle
gio fuit conſcius criminis ſic non remanebit in
monaſterio ſed auctoritate ſupiorum debet dari
pauperibus. Aut ſolus cōſcius fuit vel aliquí de
collegio. Sed non omnes ſic pecunia manebit a
pud monaſteriū illꝭ exclusꝭ ab vſu pecunie ſi pōt
fieri bono mō. Si autē ſcđo modo datur pecunia
ſcilicꝫ pro beneficio hñdo. Aut ergo datꝛ pecu
nia collegio ſeculari ꝑ prebēda q̊ priuate perſone
Si collegio ſeculari a collegiū fuit cōſcium crimí
nis ſic nō ꝛmanebit eis pecunia. Si aūt ſolū q̄dā
de collegio fuerūt ꝯſcij ſic remanebit eis. illꝭ tñ q̊
fuerūt ꝯſcij exclusꝭ. Si vero datꝛ p̂uate pſone pe
cūia ſymoniaca. ſ. patrono ꝉ inſtitutori ſic pecunia
dꝫ ꝯuerti in vtilitatē illius bñficij qđ emē voluit
ipſo a bñficio amoto. Si vero. 3. mō datꝛ ꝑ hñdo
ordíne aut ꝗ ille q̊ dedit pecuniā nō hēbat ecc̄. bñfi
ciū a tūc ſic pecūia ꝯuertitꝛ ad vtilitatē cathedra
ꝉ ecc̄e. q̊ hēbat bñficiū ad cuiꝰ titulū ꝗtis ordinari
debuit ſic pecuniā ptī ꝯuerteretꝛ i vtilitatē cathe. ecc̄.

et p̄tim inutilitatem sui beneficij·quia in vtrusq3
iniuriam da a est. Similiter si habuit beneficiū
vnum ⁊ pro altero dedit pecuniam ⁊ illa pecunia
cōuerti potest ad vtilitatem vtriusq3 beneficij·se
cūdo redeundo ad ꝓpositum fallit scilicz ꝙ res
nō dz dari ei cui sublata est quādo videlicz non
expedit ei·ut furioso gladius nō est dandꝰ·nec
pupillo aurum·ſ tutori vel curatori eiꝰ dari debz
Tercio quādo incertum est cuiꝰ res fu:et tunc
facta diligenti inquisicōe·si dn̄s nō repitur dand
est paupibus. Quarto quādo dn̄s rei mortuus ē
⁊ tunc dandum est heredibus·saltem tunc dicit
wil·quādo spoliatus fecit testamentū ⁊ certam
summam retinuit qua voluit esse ↄtentus. Si aūt
mandauit in testamēto distribui per executores
quidq̄d ad ipsum spectabit de mobilibus ⁊ debi
tis:tunc facienda est restitucō executoribus eius
pro rata·⁊ liberis eius pro rata·et vxori·de quo
et alijs vide summas. Quinto quādo dominꝰ ab
sens est mittendum est sibi.et imputet sibi ꝙ ali
bi asportauit·vnde forte secus est quādo dominꝰ
se absentauit·vide de hoc quartū casum in prece
denti·c·6·quādo ille cuius res fuit est dilapida
tor:tunc enim domino nō ꝓcuratori r̄stituendū
est·vt si religiosus vel clericus bona monasterij
vel eccīe dederit vel luserit:reddantur nō sibi ſ
eccīe. Septimo quādo quis pecuniam vsuralam

vſurario vł raptam rē raptori ł ſimiliter iniuſte
abſtulit tunc enim dicit. Vlricus ꝛ pe. pa. Non v
ſurario vel raptori reſtituere debet ſed dn̄o vero
rei. Et tunc ei a quo abſtulit iniuſte reſtitucōnem
factam eſſe debet per ſe ſiue ꝑ aliū ſiue detectoē
ſue perſone notificare alias eſſet cum dampni v
ſurario vel raptori ſi poſtea reſtitueret prius re
ſtitutum. ¶ Caplm. Sextū.

De modo vero ꝛ forma reſtituēdi. Notādū
eſt ꝙ fieri debet cū tribus circumſtancijs
ſcilicet caritatiue. caute. ꝛ pꝛē. Primo ca
ritatiue vt videlicet fiat cū reconciliacōe offenſi
quia iniurias ſpoliatoꝛ vel complices eorum ſem
per debent humiliter poſtulare veniam ab hijs
quos offenderūt ne illi maneāt in rācore ſeu ma
la voluntate domino hec mādante Mat. v. Si of
fers munus tuū ad altare et recoꝛdatus fueris
quia frater tuus habet aliqđ aduerſum te relin
que ibi munus tuum ꝛ vade recōciliai prius fra
tri tuo. Scđo fiat hoc caute vt ſi offenſa eſt mai
feſta ꝛ offenſus tyrānus vł mala ſequi de eo poſ
ſēt notabilia fiat per interpoſitā perſonam ydo
neam. Similiter ſi eſt offenſa occulta fiat ꝑ ydo
neam perſonam aut per cōfeſſoꝛem. Scđ queris
Quid ſi confeſſoꝛ reſtituendum recipit et nichil
reſtituit numqt committens liberatur. Reſpōdet
Bern. dae mōtis ſuper qlibȝ. 2. q. 26 hen. de gan.

Talis eſt immunis regulariter. non ſolum a pec
cato vt hin. de gan. dicit: ſꝫ etiam a debito reſtitu
endi. tū quia quem eccīa tolerat in ſpūali ma
iori officio. debꝫ quis cōmittere in minori de reſti
tuendo tpalia. tū etiam ei cui confidit de anima ꝓ
pria: poteſt ꝯfidere de tpali ſubſtantia. Si aūt eſ
ſet confeſſor pſona leuis. ⁊ quā hērent ſuſpectam
ꝙ non reſtitueret fideliter. nō eſſet liberatus tra
dendo ei. nec a pcō nec a debito. vbi aūt nec pſo
na leuis creditur. nec ſuſpicio hētur ⁊ traditur ei
qd reſtituendum eſt. ſi nō reſtituat ⁊ tradēs cre
dat ſicut habꝫ credē ꝙ reſtituit: liberatus eſt. ſe
cūdum deum quia fecit qd in eo fuit. Si autē ve
niret ad noticiam ſuam ꝙ confeſſor non reſtitue
rit de quo nota infidelitatis non habetur vt pre
mittitur: tunc tenet᷑ reſtituere. vel ꝓcurare ꝙ cō
feſſor caute reſtituerꝫ. Tercio fieri dꝫ pure ne ſit
ibi palliatio mala vel fraudulēta. Forma igitur
reſtituendi canonica ſm doctores eſt illa. aut hꝫ
debitor vnde ſoluat aut ſimpliciter non habꝫ vn̄
ſoluat. aut hꝫ vnde ſoluat ſꝫ hoc nō poteſt facere
ſine magno piculo ſuo ⁊ ſue familie. Si pōt bene
ſoluat integre modis tactis ſupra. Si vero non
poteſt ſimpliciter. tunc poteſt recte agere penitē
tiam licet nō reſtituat. dum tamen doleat. ⁊ pro
ponat reſtituē ꝙcito poteſt. Si autē poteſt. ſꝫ nō
ſine magna iactura ſui ⁊ ſuorum: tunc ſm Ray.

ſtudeat cõfeſſor rectificare voluntatẽ debitoris et vel ꝛ reſtituere ad arbitriũ boni viri ł cõfeſſoris et ſic ſatiſfacere mõ ſequenti. Petat igitur debitor remiſſionem debiti apud eũ cui tenetur ꝛ ſi ille remiſerit libere ſolut⁹ ẽ Sic enim ſpoliati miſericorditer totũ vel partẽ remiſerint dũmodo debitor ſine fraude petiuerit ꝛ q̄titatẽ debiti ſi poteſt exprimat pōt debitor remiſſum in eccleſiã ẽcipere et pro debitoribus exorare ł aliter beniuol⁹ eſſe vel petat dilacõnem a ſpoliatis ł aſſignet eis certam partẽ de redditib⁹ ſuis amicabiliter de qua eis ſatiſfaciat ſucceſſiue et de hoc faciat eis bonã cautõnem. Si vero omnes ſibi denegẽt dilacõeꝫ et poſtulent ꝙ ipſe cedat bonis ſuis tunc tenetur hoc ſine dilacõne facere quia fur et raptor ſemꝑ ſunt in mora ꝛ ex conſequẽti ſẽper arguent peccatum. Semper igitur debent facere poſſe ſuũ ſcd̃m willħ. etiam vſqꝫ ad vendicõnem hereditatis et omniũ bonorum etiã ſi oporteat ipſum ꝛ familiã ſuam mendicare. Quia ſcd̃m vlricũ ſemper facultas reſtituendi adeſt q̄diu ipſe debitor habet per quod ſatiſfacere poteſt niſi in extrema neceſſitate in qua etiã ſine omni culpa accipit vite neceſſaria. Et hec de forma quãdo ſcitur cui ꝛ̃ſtituendũ eſt. Si autẽ eſſet vaga reſtitucõ id eſt neſcitur cuius res reſtituẽda foret tũc in .3. caſu ſcꝫ quãdo p̄t reſtituere ſ nõ ſine magna iactura ſui ꝛ ſuoꝝ ſcd̃m

Ray. ſimpliciter et abſq; pacto et condicione debet totum quod habet reſignare in manu epi vel penitentiarij diſcreti. Et tunc ipſe ſi viderit eum pauperem et egentem det ſibi partem vel etiam totum ſi tantam neceſſitatem viderit in eo et ſuis Et ſi quid reſidui fuerit: pauperibus alijs diſtribuat. Et ille qui reſtituere non potuerit prout premittitur elemoſinam recipit oratione et alijs bonis pro dominis quibus reſtituere debeat recompenſet prout congruit. Et ſi poſtea aliqua potuerit lucrari iuxta poſſibilitatem ſuam: eroget in vſus pauperum pro animabus eorum Glo. tamen wil. dicit quod non eſt neceſſe vt fiat huiuſmodi reſignatio in manus penitentiarij. dum tamen alias paratus ſit ad arbitrium eius vel alterius boni viri ſatiſfacere. Et in omni tali caſu paupertatis epus qui deſpenſator eſt pauperum dilacionem det vel partem remittat. vel etiam totum. prout viderit expediri ſicut et alteri pauperi ſemper geſtiendo vt fideliter agat negocium eius cui deberetur de iure dari ſi ſcaretur. quatenus oraciones et opera ſatiſfactoria fiant pro eo vel pietatis alia exercicia. ymmo dicit gloſa wilh. de materia decimarum. quod ſi quis ſcienter decimas eccleſie multo tempore abſtulerit qui diues eſt vel potens ſi penitet: poteſt ei epiſcopus gratis remittere vel in toto vel in parte. ex quo in poſterum vult ceſſare et eccleſiam iuri ſuo reſtituere. quia propter vtilitatem illud facit

Ex premiſſis patet q̄ tria ſūt genera hominū que non ſunt wylh· in ſtatu ſalutis quia ficte r̄ſtitu cō nem faciunt· Primo qui reſignāt omnia bona ſua in manus pniārij promittentes q̄ tantū faciant dāpnificatis q̄ tenebūt ſe pacatis quia putant q̄ pro modico quitabunt eos quia totū credūt ſe emiſſe· Scd̄o illi q̄ ſi vellēt dimittē ſupfluas expēſas poſſent rapta reſtituere· Tercio illi qui nō r̄ſignarēt in manus pniārij niſi crederēt q̄ pniārius reſtitueret eis ꝑ toto vł pro pte q̄n neſcitur cui faciēda eſt reſtitucō· Tales nō ſunt in ſtatu ſaluādorū qr oportet q̄ bona fide et ſine fraude faciat raptor quicq̄t pōt ut dampnificatis ſatiſfaciat ſi nouit eos/ aut paupeibus eroget ſi nō nouit eos· alias non eſt abſoluēd⁹ a pniārio ſi cōſtiterit ei de eius īpenitencia ł praua intencōne ꝛc̄· Sed queritur q̄d faciendū ſit quādo q̄s dubitat an ł quantū alteri teneatur· Reſ· Joh· ffribur· in ſuo ꝯfeſſionali· Qn̄ ſit ſatiſfactō pro aliq̄ dampno dubio vł cuius q̄ntitas nō eſt certa/ penitens tantū offerat q̄ntū ꝑbabiliter putat dāpnum illatum fuiſſe· Et tunc dicat ipſe vł media pſona pro eo· tantū dampnū vobis factum eſt ut credit probabiliter hō ille· Si ſcit; plus vob̄ debel ſatiſfaceret· Si ergo min⁹ eſt remittatis reſiduum/ ſi amplius eſt· vos de bona ſua voluntate habeatis· Sic etiā quando aliqua debita ſunt dubia

puta ſortes tenebatur alicui ex mutuo vel ex alia cauſa.x.ſolidos.Sed dubitat an ſoluerit ei vel nō Conſulo q̄ ſemp ad volūtatem creditoris vel p arbitriū ſatiſfaciat.tunc enim ille in quē compromittitur cōſiderabit racōem et qualitatem dubij et ſm q̄ plus ad vnam partem q̄ ad aliā vel ad neutram plus in ſua cōſciencia declinat:ſm hoc plus vel minus vel medietatē dari iubebit.Et ſic de dubio facit certitudinem. ¶Capi.vij.

VLtimo pterea videndum eſt p quē poſſit fieri reſtitucō Quidam dicunt q̄ dz fieri p epm vaga ēſtitucō.Et licz ſatis comuniter hoc dicant.Tamē ſanctus Tho.michil dicit de auctoritate epiſcopi Scotus in.4.di.17.dicit Nō inuenitur inquit quis neceſſario ſit determinat9 mediator in diſtribuendo iſta paupibus.dicit vn9 doctor q̄ cōfeſſor vel aliq̄s de cuius fidelitate credat.Videtur michi q̄ p ſe ipſum ɔſilio tamē alicuius poteſt illud diſtribuē paupibus.quia tali mediatori poſſet dare vt reſtitueret de cuius fidelitate preſumerz.et tamē iſte ſibi applicaret vel alijs vſibus q̄ deberet.vnde vbi lex dīna vel eccleſiaſtica non ligat pſonam.ſequēda ē racō naturalis.Iſta aūt dictat q̄ pſona que tenetur magis reſtituat p ſe ipſam q̄ p aliam.licet non excludēdo conſilium boni viri ſz includendo.hec Scotus pe.de pa.dicit q̄ quia preſumebatur olim q̄

epi melius et fideli⁹ diſpenſarent. Ideo doctores quidā dixerunt q̄ per epm̄ fieri deberet. vbi ergo preſumitur ↄtrariū ſcilicet q̄ ſibi ipſi imburſet et in malos vſus expēdat pocius debet diſpenſari per aliū. Dn̄s guido. Archidiacon⁹ bonomienſ .18. q.1.c.1. probat multipliciter q̄ ipſe raptor met bona incta que debentur pauperibus dare pōt ſine licētia epi vel alicui⁹ iudicis. vn̄ non dubito quin eps non habet ſe intromittere de talibus niſi in defectu. vbi autē certa pſona a teſtatore ē deputata eſſet iſta exeq̄ debet. Archi. etiam li.6. de teſta. et. Io. an. in nouella in decretali dcā religioſus di. q̄ vtraq3 opiō hab3 eq̄tatē et p. Archi. vbi ſup̄ ſatis daē q̄ non p̄tineat ad epm n̄ in defectu alioꝝ. ſ. qn̄ nulli eſſet cōmiſſa. vn̄ cōcludit q̄ iſte q̄ tenetur reſtituere pōt per ſe diſpenſare vel de ↄſilio diſcreti cōfeſſoris vel alteri cōmittere in vita vel poſt mortē. Id tn̄d3 dn̄s. Sy. de. Mauilla cap. dn̄i pape et auditor dn̄i portuenſ. Sed q̄ritur quid faciet ↄfeſſor gn̄aliter loquēdo ↄtra raptores alios et alios debitis inuolutos. Reſ. Ray. ſm̄ q̄ maior vel minor fuerit violencia vel fraus vel dol⁹ maior vel minor deb3 eſſe diſcrecō iudicātis. Itē ubi maior cōtricō ē ibi maior venia et q̄ vere totus mūd⁹ inuolut⁹ ē rapinis ſic ꝓpoſſe tuo tpe p mediū neminī a ſeueritas vel remiſſio pire faciat quos diſcreta poterat eq̄tas euocare.

Capitulum. Octauū.

Secūdo principaliter videndū eſt quomō
reſtituēde ſint fame ⁊ honores Et ēcōcilia
cō offenſi quomodo ſit facienda quia re
cōciliacō quedam videtur reſtitutio · de quibus
dicentur plura videlicet. Cur ſit de hijs reſtitucō
facienda. Quis ad hoc teneatur q̄ꝛtum quomodo
et quādo. De primo notādū ꝙ ledē alium in fa
ma indebite. eſt valde graue · primo quia plꝰ no
cet qui aufert famam q̄ꝫ qui aufert diuicias mł
tas · melius eſt enim nomē bonū q̄ꝫ diuicie multe
vt dicitur ꝓuer · 22 · Scd̄o diuicie multe ablate
poſſunt reſtitui · ſꝫ fama vix ꝙ forte nō crederet
illi qui poſt leſionem vellet excuſare · poteſt etiaꝫ
iam verbum eſſe delatum ad tot · ꝙ quaſi impoſſi
bile eſt ad tot deuenire excuſacōnem Jō bene di
citur in gloſa ſup lucam. Famam eē rem lubricaꝫ
quia ſicut aliqua res lubrica de facili effunditur
ſꝫ quaſi impoſſibile eſt eam recolligi: Jta ⁊ fama
Tercio quia ledēs famam alterius nō ſolum il
lum ledit cui detrahit ſicut fur illum ſolū cui fuā
tur: ſꝫ omēs illos coram quibus loquitur. Sicut
ille qui mouit lutum · ledit ꝑ fetorem oēs corā q̄
bus mouet. Vnde Augꝰ de verb dn̄i peccat i vos
frater ſi vobis ſciētibus peccat. quia q̄ꝛtum in eo
eſt vos exemplo corrumpit. Ex quo patꝫ ꝙ audi
re pcc̄m alterius · nociuū eſt audienti · ꝓpter pre
fata dicit Ambroſius tolerabiliores ſunt fures

qui veſtes et alia bona noſtra diripiunt quam fures qui famam noſtrã lacerãt. Notandum. Scdo quod inter omnia genera leſionum leſio que infertur per linguam ut frequenter eſt grauior. Primo enim quidam ſunt qui nocent in rebus vt raptores et incendiarij. Sed grauius nocẽt ſagittarij qui infigũt ſagittas in perſonas. Et ſic facit lingua mala que nõ ſolum in rebus ſed etiam in perſona nocet. Ideo dicit. Ihere. ſeptimo. Sagitta vulnerãs lingua eorum. Scdo quia ſunt quidã qui nocent in perſona per verbera ſed nõ profũdatur interdum leſio vſq; ad interiora. Sed nõ ſic de lingua ymo leſio eius pertingit uſq; ad oſſa virtutũ cõfringens eas. Eccleſiaſtici. 28. Flagelli plaga liuorẽ facit. plaga autem lingue comminuet oſſa. Tercio quia ſunt aliqua nocumẽta quibus reſiſti poteſt per ſcutũ et huiuſmoi protectoia ſed vix inuenitur aliqs adeo armatus patiẽcia a quo non ſauciet lingua. Exẽplũ de iob qui nõ fuit motus ad dãpna rerum vel corporis flagellum et tamen videtur motus a lingua uxoris dicentis ei. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Eius d ſcdo. 2. pſal. Filij hominũ dentes eorum arma et ſagitte et lingua eorum gladius acutus quaſi diceret Sicut iſtis cõgregatis nõ poteſt reſiſti ita nec lingue male. Cũ igitur iuxta dcã in tractatu pũti ca. 1. 2. a precedẽtibus iniuſte auferens vel detinens rẽ tpalẽ

inuito dño teneatur ad reſtitucõnem. ꝛa fortiori te
nebitur detractor vel ↄtumelioſus ad reſtitutioēꝫ
fame ꝙ detractor occulte. cõtumelioſus vero au
fert in faciem publice. Quis vero ſatis facere te
neatur pro iſto. ¶ Notādum ꝙ detractio ꝛ ẽcepcõ
fame poteſt fieri multipliciter. nam fieri poteſt. 6.
modis ut dicit. s. tho. 22. q. 72. ar. 3. primo ſcitũ
falſum. dicendo vel ignorāter. Secūdo ſcitũ malũ
proximi augendo vltra ꝙ ſit. tercio occultũ ma
lum reuelando. quarto bene factum in malum
interpretādo ſeu puertēdo. quinto bonũ ꝓximi
negando. ſexto tacēdo cum quis audit ꝓximo
falſum vel inhoneſtũ imponi. Item fit leſio fame
proximi qñqꝫ planis verbis. qñqꝫ artificioſis p
cantilenas vel carmina. quādoqꝫ nutibus ꝛ fig
nis. qñqꝫ ſcriptis etiam que appellant̄ libelli fa
moſi. vt cũ aliq̄s ſcribit cartā ĩ iniuriam ł in infa
miam alterius. ꝛ ꝓicit eam occulte in ecc̄iam ł in
plateam vel domũ vt illa inuenta ꝛ leã ali9 infa
metur. Item ſicut dupliciter recipit̄ res tpalis
inuito dño videlicet occulte ꝛ vocatur furtũ. ꝛ pu
blice tunc vocatur rapina. Sic fama dupliciter ē
cipitur proprio videlicꝫ occulte et dicitur detractõ
q̄ eſt denigratio fame aliene occulte facta. Si aũt
manifeſte in facieꝫ alicui9 fit ſic dicitur ↄtumelia
et eſt grauius peccatũ. quia plus ibi proximus
ↄtēpnitur ꝙ in detractõne. Omnes qui predictis.

modis famā proximi iniuſte ledunt tenentur re
ſtituere. vn̄ beatus. Auguſtin⁹ in regula. Quicū
q₃ conuīcō vel maledicto vł etiam criminis obie
ctu aliquē leſerit meminerit ſatiſfactione ꝙ toci
tius curare quod fecerit. Super quib⁹. Hūbtus
dicit. Notādum inq̄t ꝙ conuicium prout ꝓprie
accipitur dicitur exprobatio alicui⁹ vilis condi
cōnis que poteſt eſſe ſine peccato ſicut cū aliquis
vocatur filius meretricis ⁊ ſimilia. Sic ꝯuiciatus
eſt ſaul filio ſuo ionathe. 2. Re. 2. Et filij mulieis
vltro recipiētis virum. Maledictū vero eſt imp̄
cacō alicuius mali alteri ſicut faciebat golias da
uid de quo dicit. 3. Re. 1A. Maledixit philiſte⁹ da
uid in dijs ſuis. Obiectō vero criminis eſt inpo
ſicō alicui⁹ facti culpabił ſicut accidit corā ſalo
mone. 3. Re. 3. litigantibus duab⁹ meretricibus q̄
rum vna falſe imponebat alij oppreſſiōe₃ filij ſui
⁊ neganti dicebat. mentiris. Vix autem inuenit
aliqd̄ gen⁹ verboꝝ p quod litigātes ſe ledāt qd̄
reduci nō poſſit ad aliqd̄ iſtoꝝ. Eſt ꝗ̄ ſēſus v̓boꝝ
Aug⁹. quicūq₃ ꝯuicō ꝗ̄ ⁊ q̄ cūq₃ aliquo genē v̓bi
mali ꝙ poſſunt omnia mala reduci ad āqd̄ iſto
rum leſerit aliquē qd̄ .ſ. genus leſiōis eſt valde
graue. Meminerit ⁊ nō obmittat ſicut faciūt obli
uioſi qui ex obliuiōe obmittunt ſentire quod de
bent. Sunt autē tres drīcie hoīm inter eos q̄ ex
ira ł inuidia ꝓximū i fama ledūt ł alias turbāt

Quidam enim facile iraſcuntur ⁊ cito veniam pe
tūt. ⁊ hij ſūt ſicut aqua q̄ cito caleſit ⁊ cito frige
ſcit. ⁊ hoc min⁹ malum. Quidam facile iraſcunt̄
⁊ tardi⁹ inclinātur ad veniam petēdam. hij ſūt
ſicut ferrū ignitū qd tardi⁹ caleſit ⁊ tardius fri
geſcit. et hoc peius. Quidam aūt ſūt qui nunq̄
volunt veniam petere. et hij ſunt ſicut lapis albe
ſcon qui accenſus nūq̄ extinguitur ſicut ait bea
tus Aug⁹ in de ciui dei. ⁊ hoc peſſimum. vn̄ Aug⁹.
in regula. melior eſt aūt qui q̄uis ira ſepe tēpte
tur. tamen impetrare feſtinat vt ſibi dimittat cui
ſe feciſſe agnoſcit iniuriam. q̄ qui tardius iraſci
tur et ad veniam petendam tardius inclinatur.
Qui aūt nūq̄ vult petere veniam ſine cauſa eſt in
monaſterio etiam ſi inde nō proiciatur. ¶ Sz que
ritur vtrum quilibz homo qui ꝓximum offendit
verbo teneatur ad rēciliacōnem vel venie petici
onem. Reſpondꝫ btūs Aug⁹ in regula q̄ non. q̄
prelati ab hoc excuſantur reſpectu ſubditorū. niſi
quādo infamarent male ſubditū. Vn̄ dicit ſic ad
prelatos. Quādo aūt neceſſitas diſcipline in mo
ribus cohercēdis dicere vos dura v̄ba conpellit. ſi
etiam ipſi modū in vos exceſſiſſe ſentitis. non a
vobis exigitur vt a vobis ſubditis veniam poſtu
letis. Et cauſam ſubiūgit d. Ne apud eos quos
oportꝫ eſſe ſubiectos dū nimiū ſeruatur humilitas.
regendi frangatur auctoritas. Quādo enim q̄s

ſe humiliat vt puta vltra ꝙ deceat ſtatū ſuum
nimia eſt iſta humilitas. vñ ecc. 19. Eſt iuſtus q̄
nimiū ſe ſubmittit multa humilitate. Et ſic facit
prelatus qui ꝓpter exceſſum in duro mō loquen
di petit veniā a ſubdito ſuo. Verū quia hoc non
eſt neceſſitatis ideo dicit beat9. Aug9. Non a no
bis exigitur. Scdo ergo queritur cū hoc poſſit fi
eri ⁊ non fieri quid erit meli9. Reſ. Dubitus pōt
dici ꝙ ſcdm diuerſas condicōnes eoꝝ a quibus
petuntur huiuſmoī venie et aſſiſtencium poteſt
hoc iudicari. Si enim tales ex hoc magis in bonū
proficiūt poſſunt hec fieri. Si autē inde abutūtur
in ſupbiam ut cū quis ex hoc putat ſe minus reū
vł prelatū culpabilem vel ſit audacioꝝ ad culpas
ꝑpetrandas ⁊ ſimilia melius eſt nō fieri. Nō enī
dñs phariſeis ſcandalizatis in eius dictis vel fa
ctis vmꝙ ſatiſfeciſſe. Si quidā cum oī regiminī
ānexa debet eſſe auctoritas ⁊ ex minoracōe eius
multa mala ſequātur ⁊ per humiliacōnez nimiā
ad ſubditos eneruetur. Ideo dicit. Aug9. Dū ni
mium ſeruatur humilitas regendi frāgatur au
ctoritas. ¶ Capłm. Nonū.

QUamuis aūt dictū ſit ꝙ ledēs iniuſte ſeu of
fendēs debeat petere veniā a leſo. Queitur
vtꝝ leſus teneat altei veniā petēti dimit
tē. Reſ. ꝙ ſic. Tū primo qꝛ ille q̄ nō ēmittit hoīb9
nec de9 dimittit ſua pccā teſte xpo dicē. Mat. 6.

Si non dimiſeritis hominibus nec pater veſter di
mittꝫ vobis pccā veſtra. tū Scd̛o quia qd̛ pe ius
eſt. dimiſſa niſi dimiſerimꝰ repetit vt patꝫ in exē
plo math. 18. de ſeruo cui paťfamilias dimiſerat
.x. milia talenta. q̄ repecijt. qꝛ nō dimiſerat conſ
ũo ſuo. tū Tercio quia qd̛ magis timēdum eſt
cum graui pena extorſit. tradens eū tortoribus ſi
cut ibidem dicitur. Et ſubditur Sic ⁊ pater meus
celeſtis faciat vobis ſi non dimiſeritis vnuſquiſ
qꝫ fratri ſuo de cordibus veſtris. ¶Queritur ſecū
do Quibus ex cauſis veniat ꝙ quis nō petit veniaꝫ
a leſo. Reſ. idem ꝙ a tribꝫ hoc ꝓuenire ſolꝫ. Vna
ē cordis cecitas Jra enim obſcurat animū vt nō
cognoſcat quis interdum ſe culpā habere vbi
culpam hꝫ. Et quia nō cognoſcit culpā: nō petit
veniam. Vñ ps̄. Supcecidit ignis ⁊ nō viderunt
ſolem veritatis videlicꝫ Alia eſt ſimilata iuſticia
vt quis dicit nō expedit illi vt ego me ſibi humi
liem quia inde eſſet ſupbior ⁊ ſimilia. Sed ſi hec
racō bona eſſet: nō debuit ſe xp̄us humiliaſſe qꝛ
eiꝰ humilitas multis fuit in ruinā. Alia eſt ſuper
ba duricia cordis Cor aūt durum male habebit
in nouiſſimo die pſa. 2. ¶Queritur. 3 vtrū leſus
teneatur dimittē offendēti impenitēti. nec ſatiſfa
cienti cum deus cuiꝰ miſericordia excedit humanā
in infinitum nūꝙ̄ dimittat impenitenti. Reſ. ibideꝫ
ꝙ ſic ꝙ̄tum ad remiſſionē intrinſecā cordis quo

ad rancorem vel irã non racõne illius quo impe
nitens ſed racõne ſui ipſius ne peccet. Et ideo non
eſt ſimile quia ipſe non habet irã huiuſmoi in q̃
poſſet eſſe peccatũ. Et ſi obicitur luce. xvij. dicitur.
Si ſepcies in die peccauerit frat̃ tuus in te ⁊ ſepci
es in die cõuerſus fuerit ad te dicẽs penitet me di
mitte illi ergo a cõtrario ſẽſu videtur ꝙ ſi nõ peniteat nõ
eſt illi dimittendũ qd̃ videt̃ di. glo. interliniaris. d.
Nemini nis remiſſa ſit idulgẽtia. Et gloſa margina
lis. Nõ tenemur paſſim peccãti ſʒ penitẽtiam agẽti di
mittẽ. Reſ. In penitẽti peccãti cõtra nos non tene
mur peccã dimittere dimiſſiõe exteriori ⁊ ſic intel
ligit̃ glo. interliniaris ꝉ non tenemur in foro penitẽ
li dimittẽ ⁊ ſic loq̃tur glo. marginal̃. Et hec non
ſũt cõtra illa q̃ dicta ſũt de remiſſiõe interiori faciẽ
da offendenti fratri. Quarto q̃ritur. quid ſit iſta
dimiſſio exterior quã dimittit offenſus offenden
ti non enim poteſt dimittere culpam offendẽtis.
Itẽ ſatiſfactõnem nõ dimittit ei quia iſtã ſoluit
iam ex q̃ ſatiſfecit ei plenarie. Reſ. põt dicĩ ꝙ hu
iuſmoi remiſſio nõ ẽ aliud q̃ꝙ acceptacõ ſatiſfactio
nis ꝉ indicacõ recõciliacõis v̂bo uꝉ facto expꝛeſſa ut
cũ offenſus offendẽtẽ flectentẽ genua eleuat ꝉ di
cit dñs parcat vob̃ pro vob̃ ꝉ ſatiſfactũ eſt m̃ ⁊ ſimi
lia. Queritur. i. An poſt hmõi ſatiſfactõez uꝉ etiã ãte
factã dimiſſiõe intrinſeca licitũ ſit ſig̃ rãcoris retinẽ.
Reſ. q̃dã ſignoꝝ hmõi ſũt ꝓpinq̃ quedã remota

ꝓpinqua q̄ ingerūt notabilem ſuſpicōem de racō
te vt cum aliquis nūq̄ vult loqui. et toruo vul
tu eum ſemꝑ reſpicit ⁊ ſimilia Et iſta nulli licꝫ re
tinere. qꝛ ab omni ſpē mala abſtinendum ē ſm̄
Apoſtolū prima Theſſ. v. vn̄ ſicut eleazarus et
mathathias abſtinuit a carnib⁹ porcinis ne vi
deretur ꝯmedere porcinas ⁊ ſic ſcandaliſarꝫ. Jta
non dꝫ illa ſigna facere ꝑ q̄ ꝓbabiliter creditur
eſſe in odio Signa remota ſūt q̄ nō ingerunt ar
gumentū de odio licꝫ odium ſubſequatur. vt ſūt
ſubtractio familiaritatis ⁊ ſeruiciorꝫ aliquorꝫ. et
ſimila. Et iſta licet retinē omnibus. dūmodo nō
fiat malo animo. ymmo interdū poteſt eſſe meri
torium cum ſit ꝓpter bonum alteri⁹. Qd ergo di
citur interdū. ꝙ hoc non debent facere pfecti. ſi in
telligatur. ꝙ hoc nō eſt pfectionis. verꝫ eſt aliter
nō videtur eſſe verū. ¶Queritur. 6. vtrꝫ iniuria
tus teneatur querē ꝛcōciliacōeꝫ iniuriantis ipſo
nō penitēti. Reſpondeē ꝙ regulariter nō. vn̄ bea
tus Aug⁹ ſuper illū locum. Si frater tuus habet
aliquid aduerſū te ſic dicit. Jd eſt ſi tu eum offen
diſti. nā nos habemus aduerſus eū ſi ipē nos le
ſit. vbi nō ē opus ꝑgere ad ꝛcōciliandū. tn̄ poſſꝫ
ad hoc teneri racōe fraterne caritatis in caſu. ſcꝫ
ſi crederetur ꝓbabiliter ꝙ ꝑ hoc liberꝫ animā ei⁹
a mortali odio ⁊ nō eēt occaſio mali. vel in alijs
hmōi excellens. Si vero dauid hoc fecit reſpectu

ſaul ſi pro ꝙ ꝑmi. Re. 28. c. 26. et ſimiliter quiꝺ
ſācti opa fuerunt perfectōis. Queritur. A. vtꝝ non
precedēte recōciliacōe teneatur aliq̄s nō ſolū di
ligere affectu iniuriātem ſꝫ etiā ei bn̄facere. Reſ.
ꝙ ſic oēs tam pfecti q̄ꝫ imperfecti qꝛ illud verbū
bn̄facite hijs qui oderūt vos dixit dn̄s non diſci
pul' in monte. Mat. 5. ſꝫ etiam turb' in ſermone
in plano. Lu. 6. Tamē quia p̄cepta affirmatiua
nō obligant niſi in caſu plures poſſent eſſe caſus
in q̄bus tenetur quis magis benefacere amicis
q̄ꝫ inimicis quia forte nō tenetur inimicis niſi in
caſu neceſſitatis.

Sequit̃. Capl'm. decimū.

Quomō autem ⁊ ſub qua forma exequi de
beat ſatiſfactōnem ⁊ teneatur ille qui le
ſit alium verbo docet. Hūbertus in expo
ſicōne regule. ca 18. 9. dicens ꝙ triplex poteſt eſ
ſe huius ſatiſfactō. Vna eſt per verba ut cum q̄s
petit veniam de offenſa ab offenſo. Sic faciebat.
Auguſtin9 ſcribens. Je. dicēs. Obſecro te p mā
ſuetudinem ihesu xp̄i ſi leſi te ignoſce michi. Ali
a eſt per corporis humiliacōnem. Sic fecit ſemei
dauid cui maledixit. 2. Regū. 19. Semei proſtra
tus corā rege dixit ad eum ne reputes michi do
mine ad iniquitatem neqꝫ memineris iniuriam
ſerui tui. Tercia eſt per obſequia ſicut. Jacob
muneribus voluit placare fratrem ſuum. Eſau.

Ro.12. Si eſurieit inimicus tu⁹ ciba illũ. ſi ſitit po
tum da illi. q. d. ꝑ hoc placabis eũ ⁊ redibit ami
cicia. Sed circa hoc queritur. Primo nũ ꝙ tenet̃
quilibꝫ offendens ad oẽs hmõi ſatiſfactões R.
ꝙ non. quia ſicut ledens aliũ i rebus nõ tenetur
niſi ad certam quãtitatem rei reſtituendi: Ita ⁊
offendens verbo nõ tenetur ad oẽs ſatiſfactões
ſꝫ ad certã ſm quãtitatem offenſe. Sꝫ ſi offenſus
petat nimis: poteſt ſufficere offendẽti ſatiſfacẽ ſe
cũdũ arbitrium boni viri: ꝗuis laudabile eẽt pl⁹
debito ꝓ pace fratris facẽ in hoc caſu. ¶Scd̃o q̃
ritur nũquid ꝑlatus in religione poteſt remittẽ
huiuſmodi ſatiſfactionem faciendã ſubdito ſuo
ꝓ offenſa ſibi facta. cum de iurẽ naturali eẽ videa
tur vt ei ſatiſfaciat. in quo modo poteſt diſpenſa
re. Reſ. põt dici ꝙ ſic ſic̃ ⁊ põt remittẽ debitum pe
cunie. quia ſicut bona ſibi debita ſunt in ptãte pre
lati: ita ⁊ pſona ſua nec relaxat in hoc ius natura
le quia reputat in hoc caſu ſubdito fieri qd̃ fit ꝑ
lato. ¶Tercio queitur Eſto ꝙ aliquis offendat
alium verbo in ſecreto. ⁊ petit offenſus ſatiſfactõ
nem in publico. nũquid tenet̃ ad hmõi ſatiſfa
cõnem offendẽs. vel ecõuerſo offendit aliquis ali
quẽ in publico vult ſatiſfacẽ in ſecreto tãtũ. nũ
quid ſufficiat ei. Reſponſio ad primũ. nõ tenetur
niſi forte qd̃ factum fuit in ſecreto publicatũ fuiſ
ſet ſicut fur qd̃ latent̃ accipit nõ tenetur publice

reſtituere. Ad .2. dicēdū  non ſufficit. Et eſt argumētū ad hoc. Act. 18. de paulo cui publice cōdēpnato ad carcerem nō ſufficit occulte liberai ſed publice. Quarto q̄rit. Aliq̄s impoſuit culpam alteri & leſus nō vult recipere ſatiſfactōnem a ledēte niſi dicat ſe mētitū fuiſſe nūq̄t tenet ad hoc ledēs. Reſ. Si offendens ſcit ſe dixiſſe vex nullo mō debet cōtrariū dicere nec hoc debet ab eo requiri Si autē ſcit vl credit ſe dixiſſe falſū ul dubiū ſed  in cōſciā eſt reſtituere tenet quis rē ablatam cum dāpno rei ſue poteſt tamen dare aliqua allevacia culpā ſuam videlicet  ex ai perturbacōne illud dixit vel  ita audierat l credebat tūc licet modo reputet falſū. Ad hoc aūt  dicat ſe mētitū fuiſſe non tenetur q2 p hoc revelaret ſecretū mētis ſue peccatū quod ſibi multū noceret et alij nō pdeſſet q2 ita reſtauratur fama alij per hoc  recognoſcit ſe falſū dixiſſe ſicut ſi diceret ſe mentitū fuiſſe. Deīn ſciendū  ſi aliquis facit qd in ſe eſt p habēda pace alteri9 lic3 non poſſit habere ſufficit hoc ipſi quo ad deum propter quod dicit. Aplus. Ro. 12. Si fieri poteſt quod in vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes hec de. Humberto.

Sequitur. Caplm. Vndecimū.

QVātū autē q̄s teneat reſtituē famā elicit ex S. tho. 2. 2. q. 62. & ex. ſco i. R. di. 17. ſm quos

Notandū ꝙ fama ɔtingit alicui recipi q̄ntuplicī
ter·primo verū crimen ⁊ iuſte de aliquo manife
ſtando·vt cum quis maliciā alteius manifeſtat
ei q̄ corrigere hab3·aut ſi eſt incorrigibil' ſm̄ euā
geliumz manifeſtat in conſpectu eccl'e bona inten
cōne ſcilicȝ vt cōfuſus a pccō deſiſtat·l' ſaltem ut
alij diſcedant ab eius ɔſorcīo infectiuo ⁊ corrup
tiuo·ſeruato tamen ordine Juris ⁊ fraterne cor
rcōnis.Vnde ſm̄ pe·de tar·in·ꝙ·di·2i·qn̄ aliquis
ɔfitens nō poteſt ſuū pcc̄m ſufficienter notificaē
ſine notificacōne alterius pſone·vt ſi cognouit
ſororem vel ſimile:ſi nō imminȝ piculuȝ aliqd al
teri ex tali notificacōne:tūc poteſt notificare.Et
Ray·di·Si exprimit cōfitens talem alienā perſo
nam pniario bona intēcōne·qui pniarius eſt per
ſona q̄ eſt pdeſſe ⁊ nō obeſſe nō vt cōfitens pro
dat ipm̄ peccōrem·ſ3 vt pniarius oret p eo·aut ſe
creto laborȝ ad correcōnem eius·nō peccat ſ3 pociꝰ
meretur.Similiter ſi pniariꝰ inquirat de illa pſo
na bona fide·vt oret pro ea·aut dirigat eam in oc
culto·dūmodo nō cogat ɔfitētem ad hoc dicēdū
nō credo dicit Ray·ꝙ peccet.Item ſm̄ Augꝰ·qn̄
quis ſcit de proximo religioſo crimē aliqd p̄miſ
ſa vnica ſecreta correcōe ſeu āmonicōne·ſi ſe non
emendauerit:reus poteſt bono ſuo prelato mani
feſtari di·enim ſic Augꝰ·Añꝙ alijs demonſtret
p quos reus ſcilicȝ cōuincendū eſt·ſi negauerit

p̄us p̄poſito debet oſtēdi ſi āmonit⁹ neglexit cor rigi ne forte poſſit ſecretū⁹ correct⁹ nō innoteſcere ceteris. vbi. Hūb. di. Nō ꝙ illā. 2. correctōnē quā dn̄s docet faciēdā corā vno l' duob⁹. Mat. 18. ꝫ reſtrīgit in religioſ q̄ non ſūt plene ſui iuris ad p̄latū tamꝙ ad illū de quo magis pōt preſumi ꝙ poſſit ꝓdeſſe ⁊ nō obeſſe. vn̄ ibi. Hūb. ca. 86. q̄rit vtꝝ liceat culpā fratris iudicaē p̄lato l' fratrib⁹ aliābus l' in capl'o proclamare publice non pre miſſa ſecreta ammonicōne. Reſ. aut peccata ſunt manifeſta et hec quecūqꝫ ſint ſiue pua ſiue mag na non requirūt ſecretam āmonitionem ſed pu blice ſunt corrigenda. vn̄. p̄ma. Thiō. 7. peccan tem corā omnib⁹ argue vt et ceteri timorem ha beant. Gloſa peccātes qui manifeſti ſunt. aut ſūt occulta. Et horum quedā ſunt modica infamiaꝫ non inducēcia ad hec non oportet āmonicōnem precedere ſed in capl'o poſſunt proclamari ſiue ſint manifeſta ſiue occulta. Alia ſūt occulta ſed maiora que habent infamiam ⁊ verecūdiam et huiuſmodi quādoqꝫ ſunt venialia quādoqꝫ mor talia ut in ebriacōe et huiuſmoi. Et in iſtis cōtin git interdū quod creditur probabiliter ꝙ per ſecretam correctōnem prouideatur ſaluti delin quentis ⁊ ſtatui ſue religionis. Exemplum de bo no viro pro ſemel inebriato ⁊ tūc ſeruand⁹ ē or do fraterne correctiōis ut p̄mo ſecreta āmoneat᷑

Aliqn̄ vero contingit ꝓpt alias circūſtantias ꝙ
creditur ꝓbabiliter ꝙ ꝑ huiuſmodi ſecretam ā
monicōnem nō ſufficienter ꝓuideat ſaluti delin
quētis vel ſtatui r̄ligionis ſue. ⁊ tunc poteſt ob
mitti ſecreta āmonitio ⁊ poteſt ⁊ dꝫ indicari p̄la
to. vel aliis bonis qui poſſunt prodeſſe ⁊ nō obeſſe
vel etiā poteſt de eoꝝ cōſilio fieri ꝓclamatio i ca
pitulo. ſi poteſt culpa ꝓbari. Aliqn̄ vero ꝯtingit
ꝙ creditur ꝙ delinquens eſt tāte peruerſitatis. ꝙ
ſi corrigētur ſecreto incurrēt odium erga corrigē
tem. vel mala machinaētur ꝯtra eum. vel ex hoc
dabit opam ad defendēdum vel cooperiēdum cul
pam ſuam. ⁊ tūc nō dꝫ fieri. quia extreme demē
cie eēt nichil preter odium q̄rē ⁊ fruſtra niti. Sꝫ
tamen p̄lato ⁊ aliis viris bonis ꝭm modum pre
dictum eſt indicandū Hec de hūberto. Dictum
eſt autem notanter. ſuato ordine iuris ⁊ frater
ne correcōis. Vnde fures ⁊ latrones et malifici
qui ꝑ iura publicātur vt ceteri timorēꝫ habeāt pec
candi. poſſunt publicari in infamibus talibꝰ deli
ctis bona et recta intentione. Similiter vbi ſerua
tur ordo debitus fraterne correcōis de quo alibi
videndum eſt. Et i p̄miſſis caſibus licꝫ infamacō
aliqua ſequatur. tn̄ nichil oportꝫ r̄ſtitue. ¶ Secū
do cōtingit ꝙ aliquis dampnificat ꝓximū ſuum
in fama. et hoc verum de eo dicendo. ſed mō iniu
ſto. vt cum aliquis occultū crimē alterius ꝓdit

contra debitum ordinē. Seu cū verum crimē alte
rius ſed occultum nō ſeruato ordine iuris cōtra
eum publice ꝓponit. talis vt dicit. Scūs. Tho.
tenetur illi dampnificato in fama ſua reſtituere
famam ꝗtum poteſt ſine mendacō tamen ut ꝙ
dicat ſe male dixiſſe vł ꝙ iniuſte eum dampnifi
cauerit vel alio tali congruo modo. Et ſi non po
teſt ſibi famam reſtituere debet ſibi illud damp
num ſuum aliter recompenſare prout de alijs dā
pnis ſupra dictum eſt. Scotus. etiam dicit ꝙ tał
non tenetur retractare verbum ſuum quod pro
poſuit in publico quia ſic faciendo mentiretur.
Sed tenetur alio modo licito famā rēdere ut per
huiuſmoi verba non credatis eum talem. Male
enim dixi ꝛ fatue dixi. Et illud dictum ſuum tunc
eſt verum quia nō ſeruato ordine iuris in publi
co dixit fatue ꝛ male in hoc faciendo. Item dicere
poteſt nō reputetis eū ēe talem ſed bonum quia
quilibet preſumendus eſt bonus donec probetur
contrarium. Tercio cōtingit ꝙ quis alium infa
mat ł dampnificat in fama iniuſte ꝛ hoc falſum
crimen ſibi iponēdo ſic ꝙ falſe eum coram alijs
accuſat de crimine de quo non eſt reus. talis te
netur ſic reſtituere famā ꝙ verbum ſuum retra
ctet abſolute apud omnes ad quos per eū per
uenit dūmodo ſciat et poſſit. Debet enim ſcdm̄.
Scm̄. tho. Et. Scotꝰ. apud omnes tales confiteri

ſe falſum dixiſſe in hoc de iſto. Et hoc facere debet
ita publice ſicut ſibi impoſuit. quia alias nõ ſua
ret iuſticiam in reddẽdo proximo qđ ſuũ eſt. vñ
Ray. dicit Reſtitucõ fiet hoc modo ſiue ſcriptis
ſiue verbis quis alium leſerit in fama videlicꝫ vt
vbi publice dixit verbum vel cantilenã ꝑ ſe vel ꝑ
aliũ. vel etiam vbi ꝓiecit libellum famoſum nec
non etiam in alijs locis vbi intelligerꝫ illũ contra
quem hec acta ſunt infamatum occaſione dci ſui
facti vel ſigni publici. ſimpliciter recognoſcat er
rorem ſuum ꝛ culpã. et ꝓ poſſe remoueat. vel ſal
tem alleuiet ſic infamiã. Addit hoſtis niſi ex tali
publica recognicõne ille ĩfamatus plꝰ ĩfamare
tur. wilħ. addit Et ſi audet infamator hoc facẽ
ꝓpter potentiam aduerſarij vel crudelitatẽ. Te
